Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Jeremias 100

ad domos vrbis huius et ad do
mos regis iuda qui destructe sunt
et ad murorum et gladium
venientium ut veniant ad caldeos
et impleant eos cadaveribus ho
minum quos percussi in furore meo
et in indignatione mea a quibus abscon
deri faciem meam a civitate
hac propter omnem malitiam
eorum Ecce ego obducam eis sanitat
em et sanitatem et curabo eos et
revelabo eis abundantiam pacis
et veritatis Et convertam reversio
nem iuda et reversionem israel et edificabo eos sicut a principio
et emundabo eos ab omni
iniquitate sua in qua peccaverunt
mihi et propitiabor cunctis
iniquitatibus eorum in quibus
dereliquerunt mihi et spreverunt
me Et erit mihi in nomen et
in gaudium et in laudem et in ex
altationem cunctis gentibus terre
que audierunt omnia bona quae
ego faciam eis et pavebunt et turbabitur in vniuersis
locis et in omni pace quam ego fa
ciam eis Hec dicit dominus
Adhuc audietur in loco isto quem
vos dicitis esse desertum eo
quod non sit homo et iumentum in ci
uitatibus iuda et foris iherusalem
que desolate sunt absque homine
et absque habitatore et absque
pecore vox gaudii et vox leti
tie vox sponsi et vox sponse vox
dicentium confitemini domino exer
cituum quoniam bonus dominus
quoniam in eternum misericordia
eius et portantium vota in
domo domini Reducam enim
reuersionem terre sicut a primi

pio dicit dominus Hec dicit do
minus exercituum Adhuc erit
in loco isto deserto absque ho
mine et absque iumento et in cun
ctis ciuitatibus eius habitaculum
pastorum accubantium gregum
in ciuitatibus montanis et in
ciuitatibus campestribus et in
ciuitatibus que ad austrum sunt
et in terra benjamin et in circui
tu iherusalem et in ciuitatibus
iuda ad hue transibunt greges
ad manum numerantis ait
dominus Ecce dies venient
dicit dominus et suscitabo vo
bis bonum quod locutus sum ad
domum israel et ad domum iuda
In diebus illis et in tempore
illo germinare faciam dauid ger
men iustitie et faciet iudicium
et iustitiam in terra In diebus
illis saluabitur iuda et israel ha
bitabit confidenter Et hoc est
nomen quod vocabunt eum dominus
iusti nostri Ecce hec dicit do
minus Non interibit de dauid
vir qui sedat super thronum dom
us israel et de sacerdotibus
et de leuitis non interibit vir a
facie mea qui offerat holocaus
tomata et incendat sacrificium
et cedat victima cunctis di
ebus Et factum est verbum dom
ini ad iheremiam dicens Hec
dicit dominus Si irritum po
test fieri pactum meum cum die
pactum meum cum nocte ut non
sit die et nox in tempore suo
et pactum meum irritum esse pote
rit cum dauid seruo meo ut non
sit ex eo filius qui regnet in
throno eius et leuitis et sacer